

PAVLI PRINCIPIS DE  
LA SCALA ET HVN, MARCHIONIS  
VERONAE, &c. DOMINI CREV TZ BVRGI PRVS-  
SIAE. MISCELLANEORVM DE RERVM CAVSSIS, ET SVC-  
cessibus & de secretiore quadam Methodo qua euersiones om-  
nium regnum vniuersi orbis, & futurorum series  
erui possint, Libri septem.

ITEM CERTISSIMA METHODVS, QVA HOMINES PALAN-  
tes, & erroribus turbulentis impliciti, ad viam veritatis reuocandi, & ad bea-  
titudinem consequendam promouendi veniant.

*Contra Centurias Euangelicae veritatis, Ioannis  
Nasi Minoritae.*

Deinde oratio de instauranda Romanæ Ecclesiæ doctrina, cum Epi-  
stola qua omnes abditæ artes & scientiæ perstringuntur, & per-  
fectissima ratio prophetandi, & miracula ope-  
randi traditur.



COLONIAE,  
Ex Officina Typographica Theodori Graminæi.  
ANNO M. D. LXX.  
Coll. Soc. Iesu Salm. ex dono Regum.

INVICTISSIMO GLO-  
RIO SISSIMO QVE SACRI ROMA-  
NI IMPERII IMPERATORI, CAESARI, DIVO  
*MAXIMILIANO HVIUS NOMINIS SECUNDO, RE-*  
*gi totius Orientis, Patri Patriæ, Catholico, felici, au-*  
*gusto. Paulus Princeps de la Scala &*  
*Hun, &c. se supplex*  
*commendat.*

**V**stra iam tria transacta sunt, Cæsar Maximiliane, potètissime Princeps, & benignissime Pater patriæ, quod in aula vestra Encyclopædiam conscripserim, & patri tuo catholicissimo, felicissimo, et augustissimo principi, Imperatori Cæsari Ferdinando, cuius memoria, nō potest mihi, non esse per omnem meam ætatem, quam iucundissima, dedicauerim atq; consecrauerim : quam cum in meo hoc acerbissimo exilio, quo me omnia cum fortuna deseruisse videntur, in manus resumpsisse, & adolescentiæ meæ fœturam paulo altius expendisse, deprehendi multa, subobscurius ibi tradita, ab hominibus importunis, Zoilis, & Momis, pro sua libidine in quamcunque partem torqueri, quæ ab euidentiore, & illustriore interpretatione, & expositione non abhorrent. Itaque expositionem dilucidiorum multorum locorum, & variarum quæstionum ac rerum, quæ in eo opere continentur, causas, & successus, Miscellanea inscripsi, tuoq; nomini, simul & mentē meam, & fidem, &

# PAVLI PRINCIPIS DE LA SCALA ET HVN. MARCHIONIS

VERONAE, &c. DOMINI CREVZBURGL IN PRVS-

sia. Miscellaneorum de rerum causis & suc-  
cessibus, Liber primus.

## DE ORATIONE ANACRITICA:

Caput primum.



Ymbulus. Encyclopediae volumen Dryme, proxi-  
mis nundinis, Oporini viri doctissimi industria &  
sedulitate, euulgatum, apud Bibliopolam nostrum,  
fortè ubi diligentius inspexisse, et varijs arcanis  
refertum non sine magna voluptate, veluti diu satis  
expectatū, deprehendissem: tanto eius libri desiderio tenebar, &  
indies magis ac magis allectus plurimarum quas complectitur re-  
rum magnitudine, lectione quoque continua, non modò afficiebar:  
sed etiam peruehementer operis summa admiratione, in quo non  
potui, non esse occupatissimus, mouebar: ut mibi illud quam pri-  
mū: neque comparauerim duntaxat, aut pulchrè compactum in  
numerum meorum librorum retulerim, & tineis rodendum sicut  
plerunque fieri solet, commiserim: quin serio euoluere & quoad fi-  
eri poterit familiarius reddere, propero: id ubi & tu feceris, ope-  
ram meam haudquaquam improbabis. Drymus. Bene habet.  
Huic tuo tam fideli consilio libenter obtemperabo. Porro quò mi-  
nus istud subito curauerim, & tardior in assentiendo atq; morem  
tibi gerendo fuerim: libri difficultas, quam vel à fronte facile est  
cernere, me terruit. Sicubi ergo opera tua in explicandis et soluen-  
dis nodis eguero, confido, aderis. Et tantò libentius mibi persuade-  
ri patior: quanto animum tuum erga me syncerore hactenus sem-

A per

PAVLI PRINCIPIS DE  
LA SCALA ET HVN. MARCHIONIS  
VERONAE, &c. DOMINI CREV TZ.  
BURGI PRVSSIAE.

CERTISSIMA METHODVS, QVA HOMINES  
palantes, & erroribus turbulentis impliciti, ad viam veritatis  
reuocandi, & ad beatitudinem consequendam  
promouendi veniant.

Contra Centurias Euangelicæ veritatis,  
Ioannis Nasi Minoritæ.



*A*demum magna voluptas est Nase, æqualem ac parem verbis vitam agere, neq; quicquam tam ob-  
scenum dicere, cui non ab initio pueritiæ, omni ge-  
nere facinoris ætas tua respondeat, vt omnis ora-  
tio moribus consonet. Neque enim qui ita vivit, vt  
tu, aliter ac tu, loqui potest: neq; qui tam illoto sermone vtitur, vi-  
ta honestior est. Certè insignis cuiusdam malitiæ est, gratis, nul-  
loq; suo commodo velle perdere, à quo quis non est iniuria lacefis-  
tus. At tuo etiam malo immines in malum eius, quem & religio,  
& omnium populorum leges atque consuetudines in tutelam suam  
seuocarunt. Christianum decet vestigia sequi Christi, qui natura  
bonus ac beneficus, ouem erraticam reportat ad ouile, morbidam  
fanat, extinctam ad vitam reuocat, inimicos etiam suos blasphem-  
mos, in sanctum nomen suum, amore suo præuenit, & ad salutem  
æternam inuitat. Tu odio insatiabili erga proximum, à quo nun-  
quam Iesus es, nihil aliud moliris, quam vt quam plurimos te-  
cum in exitium pertrahas. Qua in re non Christi legem, non  
Francisci institutum imitaris, sed potius diaboli, hostis nihil non  
molien-

249

# PAVLI PRINCIPIS DE<sup>249</sup> LA SCALA ET HVN, MARCHIONIS VERONAE,&c. DOMINI CREVZBURGI PRVS- SIAE. ORATIO DE INSTAVRANDA ROMANAE & Catholicæ Ecclesiæ doctrina in Prußia.

REVERENDISSIMO AC ILLVST RIS.  
SIMO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO DO-  
MINO STANISLAO HOSIO, SANCTAE ROMANAE ECCL-  
Egia Tit. S. Theodori Cardinali, & Episcopo Varmiensi, &c. Paulus  
princeps de la Scala & Hun. &c.

S. P. D.



Vintus tandem agitur annus Reuerendissime ac Illu-  
strissime Præful, quod à Duce Prussiæ, optimæ &  
felicissimæ memoriæ, domino & propinquo meo,  
Colendissimo, in negotijs Ecclesiæ & Reip. publica  
Regis Polonorum, domini nostri Clementissimi, se-  
curitate munitus, legatione, ad varios Europæ prin-  
cipes, suscepimus, & interea ne obulum quidé à quoquā mortalium,  
aut quicquam beneficij acceperimus, quin potius omnes, & spes priua-  
tas meas, pro Ecclesia Romana & Repub. Prussiæ, & quodammodo  
cum fortunis etiam fidem & valetudinem in nihilum redegerimus, spe-  
rans fore ut præmia virtutibus proposita reportarem. quod quām  
contrà euenerit, non puto te latere, siquidem id vniuersa Europa &  
nouit, & admiratur. Et sanè satis mirari nequeo, quod tam iusta cau-  
sa, ipsimet iudicilegitimo, totque clarissimis Iudicijs & Iurisconsul-  
tis, qui in Germania, Italia, Gallia &c. habentur longè clariiores,  
probata, tantum deliberationis, atq; difficultatis patiatur. ut tot non  
tantum meis precibus, quām optimi atque Reuerendissimi, & Illu-  
strissimi principis, & Domini, Domini Ioannis Comitis de Hoya,  
Dei gratia Episcopi & principis, Monasteriensis, Osnaburgensis &  
Paderbornensis dioecesium, suspiciendissimi, Catholici, pii, & acerri-  
mi Apostolicæ, & S. Romanæ Sedis, & Ecclesiæ defensoris, instaura-  
toris,

Paulus Scaliger, Lectori S.



Edita opera cādide lector, hoc opere Miscell. quas  
dam phrases Encyclopædiæ retinuimus, quod hac  
truculenta temporum conditione, p̄ssim bonima  
lorum moribus æstimentur, & quicquid abusum  
in Ecclesia Romana sapit, ipsimet Ecclesiæ Ro-  
manæ attribuatur. Quocirca ut bonorum & malorum apud insanū  
vulgus, & temerariam plebem, discrimen euidentis appareat, per  
peruersos Christianæ religionis antistites, fol. 168. homines atheos  
significauimus, qui non canonice eliguntur, sed aut per fenestrā  
ascendunt: aut per fauores hominum, aut per emptitias voces.  
aut per imperium principum, rapiunt patrimonium Christi: aut  
vi & armis sibi Episcopatum peruersè propter opes Ecclesiæ ven-  
dicant, & bona pauperum deripiunt, atque in priuatos usus con-  
uertunt, indeque suis contra Ecclesiæ statuta dinitias, honores, di-  
gnitates, delicias, ornatum, pompam fastum, cumulant, & id ge-  
nus alia, quæ alibi fusi tractauimus. Fol. 169. Per sedem Roma-  
ni Scorti absit ut Apostolicam & Pontificiam sedem putemus.  
Ilos autem hoc nomine notamus, qui in Romana Ecclesia Cathe-  
dra Euangelizandi, procaci, & petulanti lingua abutuntur, &  
qui vix prima elementa literarum hauserunt, homines planè abe-  
cedarij, stentore a voce in bonos, pios, Catholicos & cordatos viros  
debacchantur, quæue non assequuntur fædis fannis excipiunt, &  
stolidi ignotos lares carpunt, sacrasq; literas pro libidine curuant,  
& omnem prophetiam ex Ecclesia tollūt, Deiq; dona quæ meritò  
apud Christianos, & perfectiora, & cumulatiora sunt, quam apud  
Iudeos, prorsus explodunt, quos lib. Instit. Philosoph. alias perstrin-  
ximus. Per sedem Romani scorti item, significamus eos, qui simo-  
nias exercent, & vi illa pecuniae, sedem Apostolicam labefactāt,  
& scortantur dum luxuriant rebus secundis, atq; hæreticos perse-  
quentes, hæreticis magno scandalo Ecclesiæ cōtra Catholicos, &

pre-